

eodem dependeat: Quoad ipsos vero tres Sclavoniae Comitatus, dum effectus bonae in Contributionalibus Manipulationis, ex ipsis ejusdem Consilij Operationibus primum prodiderit, eotum circa eosdem Comitatus Sclavonicos quoad Contributionale quoque crebrofati Consilij Regii Curae et Directioni Subjiciendos benigne sumus dispositurae. De reliquo Fidelitatibus Vestris Gratia Nostra Caesareo-Regia benigne propensae manemus. Datum in Archi-Ducali Civitate Nostra Vienna Austriae Die prima Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Sexagesimo Septimo.

Maria Theresia m. p.

Comes Georgius Fekete m. p.

Ladislaus Battha m. p.

*A tergo:*

Reverendis, Honorabilibus, Spectabilibus ac Magnificis, Magnificis item Egredijs & Nobilibus, nec non Prudentibus ac Circumspectis N. N. Regnorum nostrorum Dalmatiae, Croatiae & Sclavoniae Universis Statibus & Ordinibus &c. Fidelibus Nobis dilectis.

Varasini Ex Officio.

(L. S.)

Orig. in Archivo Regni Croatiae. Acta Regni Congr. 1767 Nr. 51.